

*De figuris lapidum, &c.*

De Silicibus ramosis, scripsi supra Capite primo. Stelechites stipitis speciem ostendit, cuius rami sunt mutilati: colore cinereus reperitur in Chartis ad Spangebergum arcem, Agricola. Iconem dabimus infra Cap. II. cum Osteocollis. Stelechitæ etiam (à similitudine ad truncos arborum, quos Græci *σελέχη* vocant,) dici possunt lapides, quorum mentionem faciam infra Cap. II. qui etiam ramorum rudimenta habent.

*Figura subsequens ad numerum 1. portunculam arboris in lapidem versa, de qua paulò antè scripsi, representat. Numerus verò 2. lapidem ossi Mali persici similem.*



Lignum